UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina & Generaliora

Possevino, Giovanni Battista Bernardino

Coloniæ Agrippinæ, 1645

Tertio. Excommunicantur piratæ, atque eorum receptatores & fautores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42220

Visual Library

SECVNDO.

Excommunicatur appellans à ſummo Pontifice ad futurum Concilium, eiusq; fautores.

36. *Appellans ad Concilium.* Secunda excom-municatio Bullæ eſt contra appellantes à Papa ad futurum Concilium. *Omnes.*

Appellantes ad præſens, vel ad prouinciale, vel ad particulare Concilium. Candelab. *caſu* 2. *num.* 9. includit maledicto.

37. *Ad prouinciale vel ad particulare.* Si appellans ſit Vniuerſitas; Collegium vel Capitulum interdicitur. *Omnes.*

Cenſura hæc inuoluit acceſſoriè dantem auxilium, vel fauorem ad hoc. *Omnes.*

38. *Dans fauorem ante appellationem.* Dantem conſilium Nau. *c.* 27. *num.* 58. includit.

Das auxilium, vel fauorem non incidis niſi appellatione ſequuta. Nau, Suar. Sayr. *ibi.*

39. *Dans auxilium poſt appellationem.* Das auxilium, vel fauorem poſt appellationem nō excommunicaris, etiamſi appellatum ſit fiducia tali auxilij; excommunicaris verò, ſi talem fiduciam præſtitiſti promiſſione, aut quibuſuis verbis ad hoc compoſitis. Suarez *ibi num.* 16. ante appellationem.

TERTIO.

Excommunicantur piratæ, atque eorum receptatores & fautores.

40. *Pirata, latrunculus marinus quis.* Tertia excommunicatio eſt contra piratam, & latrunculum maritimum excurrentem mare, præcipuè à monte Argentario ad Terracinam vſque.

Pirata latrunculus maritimus, & curſarius idem. Talis autem eſt, qui principaliter verſatur in agenda prȩda maritima aut in interficiendis hominibus. Nauar. *cap.27.n.59.* Suar. *de cenſuris.diſp21.ſect.2.num.24.*

Latrunculus maritimus eſt, qui exiguo nauigio prædam agit, de Graf. *ibi.num. 64*

41. *Actus vnicus ſufficit.* Vnicus actus piratam, & latrunculum conſtituit. Suar. *ibi*

42. *Diſcurſio qua.* Diſcurſio hæc debet fieri in mari Papæ, id eſt, in mari Adriatico in locis temporaliter Pontifici ſubiectis, & in mari Mediterraneo in Terraciuo ad montem Argentarium.

43. *Diſcurſus ſine prædatione ſufficit.* Diſcurſio ſufficit, etiamſi inefficax, id eſt, ſine rapina. Suar. *l.d. num.19.fine.* Bulla Pauli V. anni 1616. habet diſcurrentes.

44. *E terra ininfeſtas.* E terra bombardis, vel alio inſtrumento nauigantes offendis, vt rapias, vel occidas, excommunicaris.

45. *Prædaris in littore.* E terra diripis nauem poſitam in ſtatione in littore, credo te cenſuræ reum: quia verè in mari delinquis.

46. *Deprædaris in littore.* Dum piraticam exerces deſcendis in terram, vt aquandi cauſa, vel alia, & ibi furaris, vel occidis, excommunicaris. Sayr. *ibi.num.6.* Suarez verò *ibi num.19.* negat. Dicerem te teneri cenſura, quia mare diſcurriſti ad prædam.

47. *Fautores, receptatores.* Includit hic canon fautores, receptatores, & defenſores piratæ, & dictorum latrunculorum. Qui verò ſint tales, vide ſup. *num.40.*

Con-

Conſilium dantes includuntur. Nauar. *ibi.* & ol. *ibi. num. vlt.*

48. *Remiges.* Remigantes verò, & gubernan- naue m piraticam an huius cenſuræ rei? De miganribus, & gubernantibus voluntariè o- ues rectè affirmant. De præſtantibus verò hoc ctè Suar. *diſp. 21. ſect. 2. num. 60.* Tol. *ibi cap. num. 8.* volunt peccare mortaliter, Suarez m. 62. addit cenſura ligari, ſaltem ſi detur ca- in quo graue damnum remigando immine- reipub. Chriſtianæ, videlicet, ſi omnes ceſ- ndo à remigando poſſent auertere tale dam- m. Ratio, quia bulla includat dantes auxi- m, conſilium, vel fauorem, quale dant dicti miges: hunc tamen caſum vix poſſibilem ad- ttit Suarez *ibi.* cum vno non remigante non ſint alij, & nō deſint Turcę ſi deſint Chriſtiani.

QVARTO.

Excommunicantur naufragorum Chriſtianorum cuiuſcunque generis bona etiam in littoribus inuenta ſurripientes.

49. *Bona naufragantium.* Quarta excom- unicatio eſt contra ſurripientes bona naufra- ntium Chriſtianorum.

50 *Bona Chriſtianorum & infidelium.* Bona, eſt cuiuſcunque generis. Bona debent eſſe hriſtianorum, etiamſi è naui infidelium per ufragium iacta. Say. *cap. 8. num. 7.* ſi verò ſint fidelium, etiam è naui Chriſtiani deiecta, non ducunt excommunicationem. Idem *ibi.*